Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

mentum illius arripiens. leui tactu incolomem duxit ad fluminis ripam. Cunctis itaque aliis pereuntibus. diuina miseratione et beata maria magdalene suffragante. sola a periculo mortis liberata est. Sequenti igitur tempore nato puero uoti memor. in monasterio cui illum deuouerat. baptismate christi regenerari postulauit. atque ut ante promiserat ibidem omnipotenti deo et beate marie magdalene obtulit.

Dignum etiam credimus memorabile illud atque euidens miraculum referre. quod multis cernentibus in prefato cenobio. per inuocationem sancte marie magdalene ab omnipotenti domino dinoscitur fuisse patratum. Conuenerat enim utriusque sexus hominum multitudo. ante sepulcrum sacri corporis ipsius dei dilectricis. pro suis necessitatibus de more rogatura. Cum quibus etiam iuuencula mulier ducta aduenit matre. cuius adeo digiti erant incurui. et palme infixi. ut dextera usui nulli apta haberetur. Hota femina notus locus. Erat quippe ex territorio alisiensi de predio metelli. eiusque nomen alleburgis. Contigit ergo in hora uespertina dum monachorum cetus hore debitum persoluens ex more psalleret. ut predicta mulier sepius ad altare conuersa marie magdalene obsecrando precaretur. Aduertimus uero ut reditura domum. dum quasi ualefaciens accessit ad altare. os simul et tercete pugillum admouit ad ipsum altare. in quo affectuosius apostolo memoria christi famule extollitur. Mox uirtute diuina cunctis intuentibus. erigentibus se digitis

apparuit manus extensa. et incolumis reddita. Tunc clamor populi per totam resonabat ecclesiam sancta maria magdalena uigilas.

Nec hoc pretermittendum censeo. quod uir quidam oculorum lumine priuatus. qui de municipio erat quod castellulum uocatur. cum ad predictum monasterium ueniret. et ei ductor suus diceret iam se uidere ecclesiam ad quam tendebant. exclamauit dicens. O sancta maria magdalene. si aliquando contingit uidere me turres tue ecclesie. Dixerat. et statim aperti sunt oculi eius. et quod optabat miliario ab inde distante consecutus est.

Quid autem magna

Omnia ad mirande et predicande uirtutis. erga quendam peregrinum suum gestum sit nefas duximus reticendum. Erat quidam miles qui sicut moris est illius terre gentis. ipsam dei dilectricem affectuosissime diligebat. et sepulchrum eius iam aliquando pugnaret occidit. mortuorum more sudario inuoluit. a parentibus et amicis tristibus exequiis deploratur. Interea beatam mariam magdalenam querelis et magnis uocibus interpellare presumpsit obiurgationibus amore defuncti erga eam rememorare. cur peregrinum suum mori sine confessione ac penitentia permisisset. crebris lamentationibus oppone. Tande ad hanc fidei inclamationem defuncti corpus sensim moueri cunctis qui aderant stupentibus paulatim erigi. ut ab institis solueret hor-

deuotissime uisitauit. Verum is heu dum aliquando